



Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 2. Num lachrymæ etiam viros deceant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

Iachrymās nostras exposcit , quæ & ipsæ sanguis esse cordis perhibentur; & balneum sunt, quo animæ vulnera persanantur. Olim veteres , in amicitiæ signum , sanguinem è venis extractū permiscuerunt. Vult Deus etiam nobiscum amicitiam inire, si cum precioso illius sanguine lachrymas nostras cōiungamus. Hoc antidotum est totius nostræ calamitatis.

§. II.

Num lachrymae etiam viros deceant?
Ad acidulas & thermas , quām cupidè homines profiscuntur, vt corporis impetrent sanitatem? ad lachrymas cur sunt tā segnes? quibus tanta vis inest, vt Gehennæ flamas possint extingüere? In Lycia quondam, teste Seneca, nulli fas erat lachrymas fundere, nisi muliebrem vestem induisset ; quòd lachrymæ debilis & effeminati essent argumentum, & viros dedecerent. Nempe nulla res temporalis est tanti, vt fletum mereatur. At verò peccatum generans mortem æternam, vtique tanti est, vt debeat, à quocunq; etiam sanguineis lachrymis defliri. Nemo aquæ parcit, cum domus suæ incendium est restinguendum: &, cum ignis inferni est opprimendus, lachrymis parcemus? Quis Da-

D 2 vide,

420 Cap. XVIII. A Dei clementia omnes

uide, vrsorum, leonum, Gigantis, Philisthæ-
orum victore fortior? & tamen cum de-
peccato ageretur, non erubuit scribere: la-

Psal. 6. 7. *chrymis meis stratum meum rigabo;* noctu

Psal. 118. nempe, interdiu autem ait: *Exitus aquarum*

236. *deduxerunt oculi mei;* quia non custodierunt
legem tuam: sic noctes, diésque lachrymas
fudit, & quidem tam copiosas, vt lecto la-
uando sufficerent. Igitur etiam

Utar ego lachrymis, sed nō muliebriter utar:

Est quoq; qui deceat mascula corda dolor.

Nam et si, ex communi Theologorum sen-
tentia, exterior pœnitentia, seu confessio
Sacerdoti facienda, & satisfactio pro pecca-
tis, tantum ad tempus, & secundum peccati
mensuram debeat necessariò durare; tamen
pœnitentia interior, quā quis de peccato
commisso dolet, debet durare usq; ad finem

S. Thom. vitæ, vt S. Thomas docet. Semper enim de-

3. p. q. 8. bet nobis displicere, peccauisse. Hinc ait

a. 8.

Psf. 41. 4. Dauid: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die*
ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi est
Deus tuus? Adeò, sicut corpus pane, ita a-
nima lachrymis pascitur amorem Dei dete-
stationemq; peccati significantibus, & mi-
nuentibus timorem diuini furoris. Sicut e-
nim, cum cœlum nubibus obtenebratum,

fulgura

fulgura oculis, auribus tonitrua ingerit, tam
diu etiam fulmina metuuntur, donec, nube
in imbræ resolutâ, dies iterum clarescit, &
sol cœlo reddit serenitatem: ita meritò pec-
cator, qui in conscientiæ versatur tempesta-
te & mentis caligine, diuini judicij fulgura,
timores mortis, & inferni pericula formi-
dat: at, cum compunctus in lachrymas pro-
rumpit, spem habet diuinæ consolationis.
Sinit enim se illicò molliri Deus, quando
videt, mollitum esse cor peccatoris.

§. III.

Vis lachrymarum.

Quis tantæ clementiæ rex vnquam fuit,
vt eodem ferè momento, flagrantissimè ira-
tus, & rursum eidem summè placatus esset?

At de Deo dicit: *Confitebor tibi Domine, quo-* Isa. 22. 1.
niam iratus es mihi; conuersus est furor tuus, &
consolatus es me. Ecce Deus saluator meus, fidu-
cialiter agam. Quid ita? quia posuisti lachry- Psal. 55. 9.
mas meas in conspectu tuo; tanquam rem tibi
acceptabilem, & tuo conspectu dignam, ti-
bique in primis charam. Siquidem, sicut ea,
quæ in odio nobis sunt, auersamur; ita vi-
cissim illis, quibus animus, ijsdem etiam o-
culus adhæret. AEgrotauerat Ezechias, &
veniens ad eum Isaias iam dixerat: *Dispone* Isa. 3. 8.

Dd 3 domini